BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA WROCŁAW

Joh. Cuspinianus

CONGRESSVS AC CELEBERRIMI CONVENTVS CAESARIS MAX. ET TRIVM REGVM HVNGARIAE, BOEMIAE, ET POLONIAE. In VIENna Panoniæ, mense IVLIO. Anno M. D. XV. facti, breuis ac uerissima descriptio.

1515

Kat. Czytr.

L. dz.: 400610

Jacobo Villinger Cesaris Maximiliani Thezaurario, Ioannes Cuspinianus Præfectus Vienneñ. fœlicitatem, ac .S. P. D.

MEmini inter philosophos magnã esse altercationem. An conueniat sic uiuere, ut nemo te uixisse senciat, ut ille dixit, crede mihi, bene qui latuit, bene uixit. Et illi potisimũ qui cæteris uolũt esse religiores hoc suadent, quasi sic uideant humanã contemnere gloriã, cum ipsi sint ambiciosissimi & gloriæ auidissimi. Hi qui etiã libellos de cõtemnenda gloria scripserunt, cum suũ nomẽ ꝓponunt, nũquid ipsi gloriã affectãt? Nempe hoc sudamus, ob hoc laboramus, ob hoc mille pericula & in mari & in terra subimus, ut quasi merces laboꝝ gloria nos sequat. Cur igitur arbitrant illi sic esse uiuendũ ut nemo nos uix esse senciat, quasi omnia debeãt ignorãtia & tenebris occultari, cum nihil magis exoptet homo q̃ scientiam, & natura scire desyderet, & animi etiã nobilior pars sit lux aclumẽ, quãdoquidẽ plane oĩbus insita est cupiditas cognoscẽdi nõ modo mundana, sed & q̃ supra nos sunt, ac quæ uix capere intellectu nostro possumus. Sed ex plebe nemo est tam excors qui nõ uelit aliorũ regnoꝝ ac ꝓuinciarum nõ libẽter indagare, & ritus & mores & res gestas si habere copiam posit. Ob id cũ Plutarcho sencio, hominẽ nihil oĩum æque refugere, ac ignorantiã & tenebras atq; ideo nõ esse uiuendũ, ut nemo nos uixisse senciat. Sed ita potius uiuere, ut aliquo monimento si fieri potest nos uixisse testemur, hic post se libros relinquit, hic prædia, hic possesiones, hic ædificia, hic bonã famã, oñes bonũ nomen conemur post nos relinquere, alioquin uita nostra mors potius est. Ego ita pro uirili semper elaborauí ut me uixisse testarer, quibusdã monimẽtis, quæ extant. Nec passus sum etiã illud ignorari, quod hic nobiscum iam actum est, quod certo scio. Multi hoĩes utriusq; sexus libẽter etiam in remotissimis regionibus uehemẽtissime exoptabant. Quis enim bono ingenio præditus nollet scire, quomodo ille celeberrimus Regum conuentus inchoatus

ac perfectus esset,& quo pacto mutuo sese amplexi essent, clæmétissimi illi principes,qui se de facie prius non nouerant,etsi sanguinis uinculo prius erãt astricti. Licet aũt tu mi Iacobe tanq̃ Cõsiliarius Cæsaris, nõ inter postremos numerãdus affueris,& oculata fide oĩa intellexeris. Tñ aliquãdo ea quæ faciliora sunt e memoria labunt, quæ libẽter in senectute relegimus. Amore tui omnia collegi, quæ & uidi,& quibus interfui. Quinq; eñ annis, ut scis, uoluo hoc saxum, quibus uigesies & quater in Hungariã Orator iui, atq; hæc negocia tractaui. Quantũ igit potui rẽ ueriſsimæ ſimpliciter tñ, ſine turgida oratione pscripsi. Quidquid id est boni consules, & me ut soles amabis. Ex Vienna uigesima Augusti.

Diarium Joãnis Cuspiniani prefect.

Vrbis Viennẽ. De congressu Cæsaris MAXIMILIANI Aug.& Trium Regũ, Hungarie, Boemiæ,& Poloniæ, VLADISLAI, LVDOVICI, ac SIGISMVNDI. In Vrbe Viennẽ. facto. xvii. Iulii. Anno Christi. M. D.XV.

CAesar MAXIMILIANVS ut est ingenio singulari, ac prope diuino anio uolués nihil esse p̃clarius bono principi, q̃ puincias & regna sua, solido aliquo robore stabilire, in oẽs orbis angulos, oculos suos cõiecit. Et nobilissimũ quẽq; regem affinitate sibi deuinxit, ut inde puinciis suis perpetuã relinqueret quietẽ. Sic filium PHILippũ in Hispaniã mittens Regem Aragonũ sibi p̃iunxit. Cum aũt diuus ille PHILippus numerosam post se prolẽ relinq̃ret, noluit Cæsar quãcunq; amittere occasionẽ, Ex quattuor filiabus quæ secũda est post LEonorã, cui nomẽ ISabellæ regi despõsauit Daciæ sed hoc aliquãto post, ex Septẽtrione Cæsar in Orientẽ migrauit ut semẽ eius undequaq; coalescceret, uidit piẽtissimũ Hungariæ & Boemiæ Regem VLAdislaum, nobilissimis liberis a Deo optimo maximo donatũ, LVDouico & ANna Mox animo cõcepit, illosq; sibi deuincire, Austriæq; puincias inferiores robustissimo muro circũuallare, LVDOuico Hungariæ & Boemiæ Regi, tertiam neptem MARIAM in uxorẽ, & ANNAM unũ ex nepotibus, aut CAROlum, aut FERDInandũ in maritum dare cogitauit, ut prouinciæ illæ p̃tiguæ & regna, mutuis uiribus robustiores essẽt p̃tra impetum Turcor̃, & quorũcunq; hostium. Id cõsilio & opera, tũc MAThei ep̃i Gurceñ, hodie uero Cardinalis, qui & extremam manũ huic operi imposuit. Et IOannis Varadieñ. episcopi professi ordinis. f. Francisci, primum inchoatũ est. Accesserũt de hinc plæriq; oratores, quos Cæsar aliquot hĩc annis in Hungariã misit, qui iter cætera negocia matrimonia hæc duplicia simul sollicitarũt, Ianus Mraxii miles p̃fectus arcis Drosndorff, Comes Leonardus de Hag. Volfgangus de Regndorff Baro. Ioãnes de Pucham, hĩc annis q̃nq;

ꝓtinuis Orator iuit in Hungariã, Cuſpinian⁹ ꝓfectus Senatus Vienneñ. qui uulgo Anbaldus dicit, poſtremo & Laurentius Saurer uicedñs Auſtriæ, Orator cũ cæteris iuit.

¶ Interim Cæſar, licet grauiſsima bella gereret, & annis iã fere octo ſuꝑbiã Venetoꝝ caſtigaret, nullã occaſionẽ omittens, ut ſuũ ſortiten̄ finem cõcepta, iamdudũ matrimonia Ex Flandria in Auſtriã miſit, chariſsimã ſuam neptẽ MAriã ſponſam LVDOuici Regis, quæ Viennam appulit. xii. die Iunii. Anno. M.D.XIIII. honorificẽtiſsime excepta, nõ tam a Clero, q̃ uniuerſo populo Viennẽſi, & deducta ad arcem Viennenſem ubi hodie adhuc habitat.

¶ Prius aũt Cæſar in Auſtriã deſcẽderat aĩo ꝓcuriẽdi Regẽ HũgariæVLAdiſlaũ, & tractãdi nõ tam de liberoꝝ ꝓmuniũ matrimoniis, q̃ de cæteris ſuaꝝ ꝓuinciaꝝ, & regnoꝝ neceſſitatibus. Sed inſperato erupit, quædã incondita Ruſticoꝝ multitudo, quæ Cruciatoꝝ appellabat, proximis eñ ante mẽſibus Cardinalis Strigonieñ. Legatus apſicus, Cruciatã detulerat in Hungariã, cũ pleniſsimis indulgẽtiis, e qua re, unde ſubſidiũ ſperabat, crudeliſsimũ uenenum ortum eſt. Nam longe lateq; deſæuit in Hũgaria hæc crudeliſsima peſtis, & oñi peſtilẽtia ſæuior, in utrũq; ſexũ indiſcriminatim nenenũ iniiciẽs, rapiebant liberi ex matrũ ſinubus, truncabant ut feræ, & abiiciebant. Stuprabant paſsim uirgines, & matronæ, in parentũ ac maritoꝝ cõſpectu. Sacra ꝓphanabantur, ſpoliabant tẽpla, ciuitates, oppida, arces, uillæ, euaſtabant & incẽdio corruebãt, deniq; nihil tam ſanctũ, quod ab iis Cruciatis nõ defœdaret. Hoꝝ dux Georgius quidam Ceculus (gentis nomẽ eſt, Ceculi eñ prope Ttranſsiluaniã habitãt) Aſciuit hic ſibi Comitẽ, Laurentiũ presbyterũ, qui crudelitate oẽs ſuperauit. Erat etiã ex ducibus quidam Michael monach⁹, ita hæc peſtis nullũ ordiné intactũ reliquit Ex minoribus ducibus multi erãt, quoꝝ nomia ſcribere eſt ſuꝑuacaneũ. Hii quoſcunq; nobiles apꝑhenderant, palis affixerunt, mulieres ac liberos eiecerũt, prius tamẽ ſtupratis, bona ſurripuerũt. Erat animus illoꝝ uniuerſam delere nobilitatẽ. Et in toto regno, qd̃ q̃ttuor & decẽ habet Epales ſedes, unã ſolam relinq̃re. Scribi nõ poteſt qua crudelitate uſi ſunt, hoc ſatis ſit indicii, cum auxilio diuino rabies hæc extincta foret. Ductu Ioannis comitis Zepuſieñ. Veiuode Tráſsiluaniæ, qui ducẽ illoꝝ nouo quodã torméti genere, a ſuis, dentibus laniari iuſſit, & hinc decolari. Et de menſe Nouẽbri illius anni facta eſſet Regnicolaꝝ, in Buda cõgregatio, patria ligua Rackuſch appellat, hic publicæ narratũ eſt. Hoc tumultu Ruſticoꝝ qui uix quadrimeſtris erat, deſyderata eſſe in Hũgaria, utriuſq; ſexus, ſeptuaginta milia hominum, in quibus quadringẽti fuerunt nobiles.

¶ Quod ſæculũ mihi narrabit, ſimile facin⁹? Quis unq̃ taliã aut legit, aut audiuit, ſed longe maiora ſunt, quã quæ ſcribunt. Multa enĩ ob pudorem ſcribere nemo audet.

¶ Fuit in iſta ꝓgregatione ſiue conuentu, nomine Cæſaris Orator Cuſpinianus, nomĩe Regis Poloniæ, Criſtophorus Schidlouiczki. Et cum illic etiã de ꝓcordia Cæſaris, & Regis Poloniæ, inter cætera negocia agerẽt, uiſum eſt Oratorib⁹ differẽtias illas facile nõ poſſe cõplanare, niſi ſimul coirent Cæſar, & uterq; rex Hungariæ & Poloniæ, fratres. Nam Cæſar iam a rege Hungariæ pro ſuo fratre rogatus, indulſerat quæ in eũ fœcerat, & iꝑm arbitrũ & mediatorẽ differẽtiaꝝ delegerat, pro ſedãdis diſcordiis quæ inter illos erãt.

¶ Remiſſus eſt itaq; Cuſpinianus a Buda, ad Cæſarẽ, qui tũ in põte œni, Inſpruckh uulgo dicit, morabat, ut Cæſarem ſollicitaret, pro cõuentu tam ſancto, horum regũ, qui non modo utilis ſuis regnis & ꝓuintiis, ſed etiã hoſtibus plurimum formidoloſus futurus erat.

¶ Cæſar tum pluribus occupatus, uenire ad finem Februarii, in Poloniũ ut deliberatũ erat, nõ potuit: tum propter Heluetioꝝ formidabilẽ inconſtantiã, tum ꝓpter ſubitã & inſperatã morté regis Frãciæ LVdouici, qui prima Ianuarii Pariſiis anno decimoquinto expirauit. Tum etiã propter CArolum Archiducẽ Auſtriæ: ac Burgũdiæ neporẽ, quẽ ex annis tutelæ cæſar emãcipauerat. Aliis quoq; multis de cauſis Cæſar nequibat, quod uterq; Rex petebat, adimplere.

¶ Decreuit itaq; Cæſar, Reuerendiſsimũ in Chriſto d. Matheũ. S. Angeli Cardinalẽ Gurceñ. & coadiutorẽ Saltzburgeñ. mittere, qui cum pleno mãdato cum utroq; Rege, oĩa agenda perageret & tractaret.

¶ Præmiſſus eſt itaq; Cuſpinianus Budã, q hæc regi renũctiaret. Et ut dies cõuentus in diem dñicam quadrageſimæ qua in eccleſia Rõana cantat, Letare hieruſalẽ differretur,

placuere oīa regi Hungariæ, qui ilico nunciū expediuit, Cracouiā uersus, ut hæc fratri Regi Poloniæ referret. Ne tā res tam sancta ullius fraude interciperetur. D. Ladislaus de Sternberg, Cancellarius Boemiæ, iter arripuit, & regē eduxit, persuasitq; ut nullis ꝛris incœptū iter desereret, sed ad Posoniū usq; ꝓtinuaret, expectaretq; fratris regis, & Cæsaris aduentum.

℄ Narrauit mihi Georgius Thurso, uir spectatæ fidei & integritatis, haud ꝓtemnēdæ Regis Hungariæ Camerarius, montiū. Egressuro regi Poloniæ SIGISmundo, qui Cracouiā quinta Martii deseruit. Mathiā Mechouitā singulare tā in medēdo q̄ in ꝓgnosticādo magnæ eruditiōis uirū amīctiasse: ipm neq; uisurū Cæsarē, neq; expediturū quippiam. Qđ cum miraret Rex, ut est animi incōcussi & firmi. Constantissime perseuerauit in ꝓposito. Eundū inquit est, quo deus & fortuna uocat, promisi, promissum ratum seruabo. nemo me a ꝓposito alienabit. Videbo Cæsarē, si deus uolet & fratrē conueniā. Nihilominus interim per quosdā secretiores mādat, ut diligētius ab eodem Doctore inquirāt, serio ne an ioco locut⁹ fuerat. Asserit idē Mechouita, Regē nō uisurū Cæsarē, nisi expectare uelit Iunīū. Et ante festum diui Ioānis baptistæ, Cæsarē oīno nō uisurū. Cū Rex se rediturū in mēsibus duobus ad summū speraret. Exiuit igit rex bonis auibus, & cum tam lōga mora traheret, sæpe illius doctoris memoria subiit. Hocidem Mechouita, Andreæ Kostilitzki thesaurario perscripsit, Regem scilicet suū, uix Cæsarē ante festum Alexii uisurū, quod & euenit, ut paulo post scribemus, Decimosexto enim Iulii, hoc est in ꝓfesto Alexii mutuo sese uiderunt.

℄ Vigesima igit tertia Februarii, anno pñti. M.D.XV. Reuerendissimus dñs Cardinalis Gurceñ. applicuit Viēnam, q̄ honorifice ab uniuersa nobilitate, plebeq; Viennēsi susceptus: parūq; quiescens, genio indulsit ad triduū. Tum ad nouā ciuitatē ꝓfectus, conuentū prouincialiū indixit iussu Cæsaris. Interea ut sui aduētus certior redderet, Rex Hungariæ, mittit. d. Cardinalis Doctorē Vitum de Furst Budam ut Regem excitaret ad Posoniū: locū cōuentus designatū. Nam quidā ex nobilioribus refragabant, ex quo Cæsar nō ueniret, facilius posse Budā ꝙuenire: regē Poloniæ & Cardinalem asserētes, sed sanior pars ꝓualuit, & Rex se Posonium uenturum ꝓmisit. Cōtinuato igit itinere: firmatus iam animo Rex Poloniæ Cracouiam deserit, & Posonium uersus pergit.

℄ Cardinalis interim Gurceñ. ꝙuocatis Austriæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæq; ꝓuincialibus, res sibi a Cæsare cōmissas strennue exequit, sed ꝓficere nō potuit. Audiēs Regē Hūgariæ. xviii. Martii Posoniū uenisse, crebris nūciis diu noctuq; singula indagat ut est diligētissimus, nullam uoluit occasionem amittere.

℄ Tum. xxii. Martii, ne ulla re indiligētiæ culparet, mittit Oratores ad Regē Hūgariæ Posoniū, qui se suaq; offerrēt & aduētus sui diem exquirerēt. Dños Marquardū de Stein præpositū Bamburgeñ. Ianū Mraxii de Nascau militē. Cuspinianū Doctorē. Volfgangū Hemerle secretariū Cæsaris. Hi iussa exequuti per nūctios singula d. Cardinali adaperiunt, & eidem in Hamburgo xxvii. Martii occurrunt, de singulis ipsum certiorē faciētes, quæcūq; uiderint aut intellexerint. Nam ante. xxiiii. scilicet die sabbato illi⁹ dñicæ qua canit in Ecclesia. Iudica me dñe, Rex Poloniæ SIGISmūdus cum celeberrima pompa ingressus est Posoniū, quē ex Terauania usq; ꝓduxerūt, Episcopus quinq; ecclesieñ, Georgius, & Georgius Marchio Brandeburgeñ. iussu regis Hūgariæ. Ipse aūt rex HūgariæVLAdislaus, in curru ei cū filio LVdouico occurrebat, sequentibus ipsos Epis Colocen. Vacieñ. Bosneñ. Sirmieñ. & uniuersa eius nobilitate quæ ornatissime more patrio erat instructa. In cāpo ubi uidit fratrē aduentantē, iussit se ex curru in terrā ponere in sella, quē Rex Poloniæ fraternæ amplexus, ꝓuocauit in lachrymas. Rex LVDouicus miræ indolis, patruū exosculatus benignissie excœpit. Repositus in currū senior Rex. Filius LVDouicus equū ascēdit, & in latere sinistro cū patruo urbē igressus est magno cū fastu, ꝓcedentibus innūeris eqtibus nobilibus & currib⁹, Ducebat aūt rex Poloniæ plus mille qungētos eqtes, & partim more Hungaroꝝ quos Husserones appellāt, uestiebant, partim habitu Alemanico ornati erāt, sed erāt præter Polonos Ruteni-Pruteni-Moschi-Turci captiui, & Tartari in suo equitatu, cū multis tibicinib⁹ qui tubas amplas sonoras, & a nostris multum dissonas nō sine horrore

ſtridétes, ut in magno æſtu ſolẽt ueſpe & crabrones inſla-
bant. Erat & Turcus quidã cũ tibia qui nobis inauditã har-
moniã & auribus noſtris inacceptã ædebat, cũ puero tym-
panum ambabus uioléter manibus percutiéte. Sed & no-
ſtrates habuit tubicines qui belle ſonabãt, & noſtrã muſicã
referebant.

℄ Erat ſecũ magna nobilitas, qui partim in equis anteibãt
deaurati, & torquibus aureis redimiti, partim pedibus ipm
cingebãt equo inſidentẽ & ueſte purpurea amictũ. Veiuo-
da Valachiæ. d. Nicolaus Virlã palatinus Sandomirieñ. Ni-
colaus palatinus Vilneñ. Palatinus Liblieñ Andreas. Can-
cellarius Schidlouiczki. Nicolaus palatinus Marieburgẽſis.
Theſaurarius Andreas Coſtiliczki. D. Lucas capitaneus Po-
loniæ. dñs Raphael. Et multi alii inſignes & uiri egregii u-
triuſq; ordinis. Comitabant uero illũ tres epiſcopi Mathi-
as Vladiſlauieñ. triũ regũ Alberti-Alexandri-& Sigiſmũdi-
olim Cãcellarius. Ioãnes Poſnanieñ. & Petrus Premiſlieñ.
cum Præpoſitis Secretariis & aliis prælatis.

℄ Durabat hic ingreſſus ab octaua uſq; ad primã horã, nã
ſummo mane ingrediebant currus, qui ferunt fuiſſe pene
quingenti, in quibus qñdoq; quattuor niuei equi, quãdoq;
nigri, qñq; rubei, quandoq; alterius coloris. Nunc ſex: nunc
octo in eodem curru uehebant. inmixte erãt & bigæ, licet
pauçæ erant.

℄ Vigeſimaoctaua Martii Cardinalis Gurceñ. ex Hambur-
go ſoluit naui, & uenit Poſonũ horã circiter nonã. Cui oĩs
multitudo obuiã egreſſa, ripã Danubii ita adimpleuit, ut
eques uix ſubſiſtere poſſet. Inceſsit ipſe in habitu Cardina-
lium, quẽ Archiepus Coloceñ. Gregorius comes de Frãge
panibus regni Hũgariæ Cancellarius. In latere regis LVdo
uici obuiã Cardinali noĩe patris & patrui miſsi, benigna &
pulchra oratõe ſuſcepit. Ipſe uero Cardinalis humaniſsime
reſpõdit. Aderãt hic utriuſq; Regis ꝓceres & ꝓſiliarii, Epi &
nobiles, ac ſummo cũ honore ipſum q̃ honorificentiſsime
uſq; ad hoſpiciũ ꝓduxerũt cũ ingẽti tubaꝝ ſonitu ac plauſu

℄ Sequẽti die hoc eſt. xxix. Martii, ingreſſus eſt urbẽ reue-
rendiſsimus Cardinalis Strigonieñ. Thomas legatus de la
tere: cui & d. Cardinalis Gurceñ. cum oĩ curia ſua (ducta-
bat aũt electã nobilitatẽ Auſtriæ & Stiriæ) & utriuſq; regis

ꝓceres occurrebãt. Ipſe ſexingẽtos habuit equos demptis
currib⁹, magnæ undiq; factæ ſunt cerimoniæ (quãdoquidẽ
maior pars oĩs ætatis humanæ, in iis conterif) occurrebat,
& clerus cum pueris & reliquiæ ſanctoꝝ deferebant obuiã
tanq̃ metropolitano.

℄ Prima Aprilis, quæ erat ſolẽnis illa dies Palmarũ, oĩbus
Chriſtianis uenerãda, Cardinalis Strigonieñ. in eccleſia ma
iori diui Martini pñtibus trib⁹ Regibus & Annæ reginulæ
ſacerdotale expleuit officiũ, cum ceremoniis debitis, ac cũ
indulgẽtiis plenariis. Cardinalis aũt Gurceñ. huic officio in
tereſſe nõ potuit aduerſa ualitudine detentus: alias uniuer
ſa nobilitas erat cõgregata.

℄ Altera die iterũ ꝓuenerunt in hoc tẽplo tres Reges cum
Cardinalibus ambobus. Strigonieñ. celebrauit officiũ de
ſpũ ſancto, quo finito, admonita eſt plebs per Suffraganeũ
Strigonieñ, ut deuotiſsime pro ꝓcordia Cæſaris & Regum
deo ſupplicarẽt, lingua Latina, Hungarica, Boemica, & Ale
manica, ꝓnunctiatæ ſunt interim indulgẽtiæ plenariæ.

℄ Recta inde uia tres Reges, duo Cardinales, Archiepi &
Epiſcopi ꝓceres & cõſiliarii in domũ regis Hungariæ ꝓfe-
cti ſunt. Et facto magno cõſilio Cardinalis Gurceñ. oblatis
litteris ſuæ credentiæ de more. latiſsimæ & ꝓfuſiſsime cur
& ob quã cauſam uenerit, in ſummo ſilẽtio locutus eſt be-
ne audiẽtibus Regibus & ꝓſiliariis Cæſaris, ac utriuſq; re-
gis, qui omẽs erant plus quinquaginta. Cui finita oratione
benigniſsimæ ſimul & elegãtiſsimæ reſpondit Cardinalis
Strigoniẽſis. durauit hoc conſiliũ ad horam circiter ſecun-
dam poſt meridiem.

℄ Tertia Aprilis Cardinalis Gurcenſis comitãte ipm curia
ſua & pulchra nobilitate uenit ad hoſpiciũ regis Poloniæ,
qui ei egreſſus obuiam hnmaniſsimæ ipſum excepit in pla
teis, ac ubi ambo in præſentia ꝓſiliarioꝝ reſederũt. Cuſpi-
nianus iuſſus lras Cæſaris cũ quadã ſalutatiõe obtulit bre-
uiuſcula, ambo de hinc mutua colloquia ſed nõ diu fecerũt.

℄ Eodem die uenit triſte nuncium de obitu illuſtris ducis
Bartholomei de Munſterberg qui a Cæſare feſtinãs ad hũc
ꝓuentũ, in danubio haud longe a Hamburgo ab fluctibus
obrutus ſubmerſus eſt. Quod in primis affecit VLAdiſlaum
regẽ & in lachrymas excitauit. Deinde Cardinalẽ Gurceñ.

qui eum unice amabat utpote uirum bonũ & ſtrennuũ.Ex cuius morte quidã male de futuro conuentu augurabant. Nam & pridie magnificus Ioannes de Meſſeritz capitaneus Morauiæ,qui etiã ſæpius orator in hoc negocio fuit,ſubita morte expirauit.Et Vitus de Furſt qui regem plurimũ ad hunc conuentũ ſollicitauit. Viennã mortem oppeciit. Ita tres Oratores ſeſe ex iis negociis liberarũt, & ſuperum conuentum adierunt.

¶ Hinc iterum in hoſpiciũ Regis Hũgarie conueniũt, oẽs hii principes,& tractatũ incipiẽtes, inueniũt rem eſſe moroſam in tanta multitudine per tot ſuffragia eſſe ꝓſulendũ redigũt itaq; ad minorẽ numerũ ſinguloꝝ Regũ ꝓſiliarios Et d.Cardinalis Gurcenſ.accipit ſecum cõſiliarios Cæſaris, d.Ianũ Mraxii.Laurentiũ Saurer uicedõm Auſtriæ.Cuſpinianũ doctorẽ,& Gabrielẽ Vogt ſecretariũ Cæſariũ. Noĩe uero Regis Hungariæ erat Cardinalis Strigoniẽſis. Archiepus Colocẽſ. Epus quinq; eccleſienſis.Rex aũt Poloniæ miſit Petrum epiſcopũ Premiſlieñ. Chriſtophorũ Schidlouiczki Cancellariũ,& Palatinũ Vilneñ. Nicolaum.

¶ Hii quoties articuli ꝓpoſiti fuerũt referebãt ad Reges, Sed plene cõcordari nõ poterãt,licet plæroſq; dies cõſummerent,& conſilium in tertiam uſq; horam poſt meridiem ſæpius pertraherẽt.

¶ Vndecima Aprilis inſtitutus eſt ludus pro curſu equoꝝ. Primus brauiũ accepit argenteũ deauratũ poculũ.Secũdus pannũ aureum pro ueſte.Tertius ſimplicẽ pannũ pro tunica.Cucurrerũt undequadragita equi uelociſsimi & pulcherrimi,ſed Georgius comes Zepuſieñ.omnes præceſsit.

¶ Viſa eſt hic res memoratu digna,quidã Moſchus inſidebat equo turco,& de more ducebat alterũ in manu dextra cum aũt uehemẽtiſsime curreret cũ ambobus equis, ſaliit ex uno equo in alterũ,in medio curſu, ſemp alterũ manu ſeruãs,ne diſcurreret,erat pulchrũ ſpectaculũ,coram Regib⁹ & Principibus. Nam tres Reges egrediebant pulchro ordine.Similiter & Cardinalis Gurceñ.ac oẽs epi,cũ uniuerſa nobilitate. Moſchi tum etiã ac Tartari artem ſuam iaculandi ſagittas in aerem miro ingenio oſtentabãt.

¶ Duodecima Aprilis,ꝓcluſerunt iterum quædã eſſe renũſtianda Cæſari. Et ideo data & accepta ſalute cum ſumma reuerẽtia,& poſt exhibita munera regia. Cardinalis Gurcẽſis Poſoniũ relinquit cum prius ex ſuis ꝓcipui aulici. Frater eius Vterinus Ioannes Lang. Magiſter domus Ioannes Schenck, Volfgangus de Keutſchach. & Criſtofferus Graff de Rattſtat. In die paſchæ,expleto diuino officio, quod a Cardinale Strigonienſi celebrabat,eſſent militari cingulo & honore ornati a tribus Regibus,in tanta diei feſtiuitate.

¶ Reuerſus Card.Gurceñ.Viẽnã,mox duos ꝓſiliarios Cæſaris d.Vilhelmũ de Rogndorf,& Laurẽtiũ ſaurer uicedõm ꝓpoſtã mittit ad cæſarẽ,q licet q̃tuor dieb⁹ aſcẽderint feſtinãter Auguſtã uſq;,tarde tñ fuerſi ſũt,ob negocia emergãtia quotidie, & iterũ urbs Poſoniũ ĩopinato & ſubito icẽdio pl⁹ media ꝓburit. ¶ xi.Maii d.Card.Gurceñ.cũ ſex cæſareis ꝓſiliariis d.Marquardo de Stein ꝓpoſito Bãbergẽſi.Vilhelmo de Rogndorff.Ianoo Mraxii.Laurẽtio uicedño,Cuſpiniano & Gabriele Vogt ſecretario,iteq; in naui deſcẽdit Poſoniũ ad utrũq; regẽ, tractatur⁹ & ꝓcluſurus tã matrimonia,q̃ fœdera pacis & ꝓcordiæ.Et licet clã ſine põpa ĩtrare uellet urbẽ.Mox tñ certiores facti Antiſtites & pricipes,Ludouicũ Regẽ eduxert Cardinali obuiã cũ oĩ utriuſq; regis familia.Card.etiã Strigoni. q̃ſi oĩa neglexiſſet, feſtinabũd⁹ circa portã urbis cũ oĩ ſua familia occurrit. Siſiter & alii epi & archiepi ſomno exciti obuiã prodierũt.

¶ Septẽ hinc dieb⁹ ardue diſputatũ & tractatũ eſt de ſingulis & maturæ oĩa deliberata: ſunt in articulos redacta & ſcripta, ac ultro citroq; pẽſitata.Nũc enim conſiliarii utriuſq; Regis in hoſpicio Cardinalis tractauerũt & ꝓſultauerũt. Nũc uero Cardinalis Regẽ Poloniæ adiit, & ſecretius quædã amotis arbitris tractauit nũc uiciſsim dõm Cardinalẽ de ſuis negotiis ſollicitant. Nulla quies,nullũ ociũ,omnia labore plena erant.

¶ xx.Maii mane a ſeptima hora uſq; in primã poſt meridiẽ. uterq; Rex cũ duobus Cardinalibus & cõſiliariis deliberarũt, & deliberatis oĩbus in ꝑſentia ꝓſiliarioꝝ Cæſaris & amborũ Regũ,articulos legi fecerũt,qui fuerũt ipſoꝝ manibus ſubſcripti & ſigillis muniti,cum omni fauore & plauſu,

¶ Sequẽti die Rex Hũgariæ inſtituit cõuiuium regale,quo regaliter & opipare accepit fratrẽ ſuũ Regẽ Poloniæ,Cardinalẽ Gurceñ.& ꝑfatos ſex ꝓſiliarios Cæſaris. ¶ Reuerſus Viennã Card.Gurceñ.xxiii.&.xxv.Maii exiuit ut ꝓloquta Cæſari narraret ipmq; adduceret.Interim ambo Reges nõ ſine ingẽti faſtidio longã morã traxerũt in Poſonio ꝑ totũ Iuniũ,licet crebro mitterent litteræ,nũc a Cæſare, nũc a Cardinali Gurcẽſi,

quas uicedñs ut eſt ſuarum rerum diligẽs exequutor,& no
cte & die mox Regibus tranſmiſit, ut impacientiã eorum
leniret crebris litteris mittendis.
¶ Sed non cõtenti reges ꝙ Cardinalis iuiſſet ad Cæſarem
miſerunt ambo,oratoré Hieronymum Balbum præpoſitũ
Poſonieñ.ut per eum intelligerét ſi Cæſar eſſet uenturus
nec ne-certo. Is Cæſaré in Inſprugk apprehẽdit,ſed reſpõ-
ſum in Rottnburg ab eo accepit. Subſequutus eſt hũc ali⁹
Orator Regũ(tã impaciẽter longã hanc morã tulerunt)d.
Proteſila⁹ de Schmihau Boemus,qué Cæſar ſecũ detinuit.
¶ Poſt hunc alii duo miſsi Nicolaus Ceculus Hungarus &
Petrus Polonus,milites ab utroq; rege ad Cæſarem, ut ei⁹
aduẽtum ſolicitarent.Quibus honeſte expeditis, promiſit
ſe uenturꝫ:& ut bono animo eſſent Reges,eoſdem litteris
& reſpõſione hortatus eſt fraterne & q̃ humaniſsime
¶ Vbi ergo Reges iam animo firmati, aduentum Cæſaris
crediderunt honeſtatis & emerendi fauoris gratia.Orato-
res ſex,ſinguli tres inſignes uiros miſerunt Rex Hungariæ
Epiſcopũ quinq; eccleſieñ Georgium.Ladiſlaum de Stern-
berg Cancellariũ Boemiæ,& Moyſen de Buſlai magiſtrum
curiæ.Rex Poloniæ item tres.Epiſcopũ Ioannem Poſnani
enſem d.Lucam capitaneũ regni Poloniæ, Criſtophorum
Schidlouitzki Cancellariũ,qui Viennã ingreſsi ſunt, equis
pene quingentis phaleratis,& more ſuo ornatis,compte &
eleganter ſexta Iulii,cum antea Caſimirus Marchio Bran-
denburgeñ.cum Comite Bertoldo de Hennenberg cum
equis centum & quadragintaſex cataphractatis & nobiliſ-
ſime armatis a Cæſare præmiſſus urbem introiſſet ſplendi
diſsime ornatus cum Pinnulis,armis,ſimul etiã cũ uexillis
albis, paruis ac maioribus, & Thomas Fugs cum centum
quinq̃ginta equis bene armatus more Germanico. Ioãnes
Iacobus ité de Landau,cum totidé.Et alii multi nobiles ac
aulici,qui Cæſarem præuenerunt & ibi eum expectarũt.
¶ Octaua Iulii rediit Cardinalis Gurceñ.cũ Archiepiſcopo
Bræmenſi d.Criſtophoro,ducibus Bauariæ Guilhelmo ac
Ludouico,Duce Alberto de Meckelburg,Duce Vdalrico de
Virttenberg.Quibus ad ripã Danubii occurrerũt. Ioannes
Epiſcopus Ratiſponenſis palatinus Rheni.Epiſcopus Pata
uienſis Vigileus, qui pridie aduentarunt, & quorundam

Principum Oratores ac Legati.
¶ Decima Iulii Cæſar circa horã noctis decimam Viennam
ſine pompa ingreſſus eſt. Cum biduo fere quieuiſſet fati-
gatus ex itinere in caſtro quodã circa ſiluam Viennenſem,
cui nomen eſt Hecking.
¶ Vndecima Iulii Cæſar præfatos ſex Oratores Regum in
Arce Viennenſi audiuit in præſentia principũ & ꝓſiliario⁹
& Epiſcopus quinq; Eccleſienſis, longa oratione Cæſarem
pro expedicione contra Thurcos cohortatus eſt ampliſsi-
mis uerbis. Quibus benigne Cæſar per doctorem Petrum
Mottã Hiſpanũ reſpondit breuiter ac ſimul eleganter,il-
liſq; dimiſsis iuſsit corpora ſua curare ac in hoſpitio redire.
¶ Duodecima Iulii uocatis in Arcem Oratoribus, eos ab
ſoluit ac abire iuſsit,ſunt aũt cum ſummo honore per Epi
ſcopos ac principes extra portam deducti q̃ honorificentiſ
ſime ſequenti die mane,hoc eſt.xiii.Iulii.
¶ Eodem die Cæſar ad excipiendos reges, miſit obuiam
oratores ſuos Archiepiſcopũ Bræmenſem Criſtophorum,
Marchionem Caſimirũ.Vilhelmum de Rogendorff & Cu-
ſpinianum Regi Hungariæ, qui.xiiii. die Iulii inuenerunt
Regem Hungariæ Vladiſlaum cum liberis ſuis in quodam
caſtro Kottſee cui adiacet uilla prope Danubiũ & facta ſalu
tatione mandata ſua exequuti ſunt,inuitarũtq; ut Viennã
ueniret.
¶ Similiter ad Regem Poloniæ Cæſar miſit Oratores ad
Hamburgum(illic enim traiecerat Danubiũ. Rex Poloniæ
ut erat ordinatũ, quo expeditius æqui & currus Danubiũ
in diuerſis uadis ſuperarent)Ducẽ ſcilicet Bauariæ Vilhel-
mum:Epiſcopum Labacẽſem Criſtophorum, prepoſitum,
Balthaſarem mercklin de Valdkirch,& Mraxii qui ſimiliter
ut ſuperiores exequẽtes ſua mandata.Regem nomíe Cæ-
ſaris exceperunt ac inuitarunt.
¶ Decima quinta iulii exiit Viennã ac prodiit obuiã Cæſar
Regibus,in lectica adornata, inſtructiſsimo & electiſsimo
exercitu cũ multis equis cataphractariis, cum ſplendidiſsi-
mis militibus,ac nocte quinq; miliarib⁹ a Vienna in caſtro
quodam Trauttmanſdorff pernoctabat. Cum Rex Hunga
riæ in oppido Prugk prope Leyttã fluuium.Rex uero Po-
loniæ in Hamburgo eam noctem conſumerẽt.

¶ Nocte fere media uenit Cuſpinianus ad Regē Hungariæ a Cæſare miſſus, qui dabat ordinem conueniēdi, ne fieret confuſio. Iuſſus eſt Rex manere in ſua lectica. Nam & ipſe quoq; uehebatur lectica quam Cæſar pulchre adornatam cum optimis equis Regi donauerat pridie. Et reuerſus iuſſus eſt a Cardinale Gurceñ. iread Regem Poloniæ ut idem ei narraret, quē repperit in cāpo haud lōge a tētoriis quæ illic extenſa erant. Arbitrabantur enim nonnulli Cæſarem id quod maxime recuſauit, diſputatuq; de præloquutis in tentoriis aut ſub diuo. Cæſar aūt arborem excelſam iuſsit figi in planiciem latam, que poterat a longe conſpici, ſub hac uoluit conuenire Reges. Et quaſi fœlici captato augurio ſub diuo aperte uoluit alloqui fratres Reges & eos ſalutare ac mutuis complexibus exoſculari.

¶ Mane itaq; horā circiter ſextā. xvi. Iulii egreſsus eſt Cæſar cum omni ſuo exercitu a Trauttmanſdorff ad locum illum deſignatū, in planitiæ quadā, iuxta ſyluam cui nomen eſt patria lingua Hart, hic erat collis intumeſcēs aliquātiſper a dextris ſylua, a ſiniſtris uepribus ac modicis ſpinis ꝓſparſus monticulus, ab hoc deſcendens Cæſar poterat tam ab Hungaris q̄ a Polonis latiſsime ꝓſpici, armis illuceſcentib⁹ In meridie ꝑſertī iaculāte ſole radios uibrātis in exercitū.

¶ Proceſsit aūt hoc ordine Cæſar. Capitaneus Nouæ ciuitatis Melchior de Manſmunſter in equo cataphractato, & ſin armati & rubeis ueſtibus induti, ipſum ſequentes, ductabat aciem, quem ſequebanť in primis aulici & familiares Cæſaris inermes ac prouinciales, cæteriq; nobiles. Et q ad hoc ſpectaculum concurrerunt, ciues & mercatores ſed ornati & bene ueſtiti ſed elegantes, alioquin excludebanť & reiiciebantur. Multi aureis torquibus redimiti & uariis monilibus conſpectum reddebant ameniorem. In ſingulis membris quinq; equitabant, hos ſequebať ducis Virtenbergeñ. familiares, armati & ſagittarii. Necnon d. Reuerendiſsimi Cardinalis Gurceñ. aulici, ſine armis quidem ſed honeſte ueſtiti, fuerunt circiter octingenti.

¶ Pulchra de hinc ſerie progrediebantur euqi Cæſaris tredecim, quos tredecim pueri equitabāt, nigro ueluto ueſtiti perq̄ elegantes.

¶ Poſt quos eqtabant Erhaldi ſuo peculiari habitu amicti cum duodecim Tibicinibus, & duobus Tympanis magnis.

¶ Tum ſequebantur antiſtites Archiepiſcopus Bræmenſis Criſtophorus, ex domo ducū de Braunſchueig. Epiſcopus Ratiſponenſis Ioannes ex domo Palatinoꝝ. Epiſcopus Patauienſis Vigileus. Epiſcopus Labacēſis Criſtophorus, dux Bauariæ Ludouicus. Dux de meckelburg Albertus.

¶ Poſt hos ſuccedebant Cæſaris Ianitores cū albis uirgis in manu de more ꝑcedentes Cæſaream Maieſtatem.

¶ Tum ferebatur in Lectica Cæſar: quæ panno purpureo de ſcarlaco & nigro ueluto, forma quadrata, erat cooperta eodem habitu pueri & ſeruus, qui equos ducebant.

¶ Prope Lectică in latere dexto Cardinalis Gurceñ. habitu ſuo ornatiſsime eqtabat. In ſiniſtro Orator Regis Angliæ. Multi uero nobiles, omnes ueluto nigro ueſtiti de equis deſcendentes pedites circa Lectică ambulabant. Hos ſequebantur in equis pariter nigro ueluto ueſtiti aulici ꝓceres. Vilhelmus de Rapoltſtein Magiſter curiæ. Ciprianus de Sereuſtein Cancellarius. Iacobus Villinger Theſaurarius. Ioannes ſchnaydpeck Auſtriæ Cancellarius. Et conſiliarii & Regentes Iacobus fucarus. Balthaſar Mercklin præpoſitus in Valdkirch. Marquardus de Stein ꝓpoſitus Bambergeñ. Melchior phintzing præpoſitus Nurenbergeñ. cum fratre Vdalrico præpoſito, & pluribus conſiliariis & aulicis Cæſareis qui omnes fericeis ueſtibus & torquibus aureis ac ꝑcioſis monilibus erant compti & ornati.

¶ Tandem ornata phalanx ſplendidiſsime incedebat tota armis cooperta, cū tybicinib⁹ & tubis ductilibus. Præibat cum equo cataphractato Leonardus Rauber Cæſaris Marſchalcus, ducens ſecū familiares nigro habitu ueſtitos quibus rota in brachio pro inſigni erat, auream ipſe neſtem ſupra arma gerens. Tum ſeriæ pulchra ſequebantur Vilhelmus dux Bauariæ ereus totus cum equitibus ſuis, ſuo peculiari colore ueſtitis, qui Canem in Brachio pro inſigni ferebant. Hinc Caſimirus Marchio Brandenburgeñ. in equo cataphractato, ueſte aurea & rubea, cum electiſsima familia quæ rubeis ueſtibus erat ornata & pluribus aureis cathenis ac præcioſis pinnulis cum gemmis ac monilibus. Penes eum erat Bertoldus Comes de Hennenberg, & nobilitas Franconiæ inſignis, equites cuſpides albis uexillis

paruis ornatas,duo pueri. Alba uexilla lata & pulchra. Sub sequebãtur deinde Comites,suo quisq; colore ornatus sed cataphractatis equis. Comes Georgius de Montfort. Comes Georgius de Schaunberg. Comes hoyr de Manssfeldt Comes.n.de Vesterburg. Comes Ioannes de Hardeck qui mirum immodũ Margaritis & Gemmis adornatus resplẽdebat,coopertus erat æquus gemmis & perlis & superbissimæ incedebat. Dehinc nobilitas Austriæ supra Onasum electissimo instructa exercitu subsequebaꝫ. Cataphractariis similiter equis Volfgangus Iorger Capitãeus in Lyntz Sigismundus Ludouicus de Polham. Ciriacus de Polham. Rudolfus & Sebastianus fratres de Hohenfeld. Ioannes Iacobus de Landau. Thomas fugs, qui oẽs erant excellenter ornati. Et agebant equos plus quã octingentos. In quibus erant cataphractarii. lxxx. circiter. Hoc ordine incessit Cæsarea Maiestas & ubi appropinquauit arbori terræ infixæ circa iactum Bombarde.

¶ Accesserunt reges propius cum suis cateruis & militibus qui more suo erunt simul ornati. Hos antecedebat immẽsa multitudo Husseronum qui uexillis bipartitis rubeo & albo colore præibant.

¶ Subsequebantur Moschouite siue Moschi,ceruleo colore uestiti,cum albis longis pileis ac arcubus armati. Tum Tattari,in quibus multi captiui,cũ tubicinibus suis de quibus superius scripsimus qui sonabant horrendum.

¶ Eregione seorsum immensa multitudo Husseronũ qui Regis Hungariæ erant,pariter de more suo albis & rubeis uexillis armati.

¶ Quos succedebant utriusq; regis Tibicines in aera usq; clangentes more Germanico ornati & uestiti, cum Tympanis sonoris.

¶ Tum incedebãt ornatissime instructi uestibus & torquibus aureis & equis phaleratis multo argento dñi barones ex Hungaria & Boemia. In quibus erat marchio Brãdeburgensis Georgius frater Casimiri habitu Husseronum. Dux Carolus de Munsterburg,tres fratres de Schmihau. Ambrosius Sthercko,Michael Paluci magister cubicularioꝝ,Petr⁹ Carlaczki,Franciscus ortzag de Gotz,banus Nandoralbeñ et Emericus orzag magister cubicularioꝝ Regis Ludouici.

Ioannes pethen de Gerse magister curiæ sereniss imoꝝ liberorũ, Stephanus perenni, Ioannes bornamissa, Moses de Busslai cũ filio Ladislao,magistri curiæ. Ladislaus de Caniza Ioãnes Banffii de Lyndua,pincerna Regis. Ioannes Doczii cubicularius Regis, & pleriq; alii nobiles ac magnifici ex Hungariæ & Boemiæ regno,qui mihi magis de facie,q̃ nominibus sunt noti,qñdoquidẽ nomina horum uix memoria teneo quia difficile scribuntur hæc nomina.

¶ Post hos sequebatur Ludouicus Rex iunior aurea uesterubea iter texta purpura ornatus,capillis extẽsis bireto ex ueluto fusco capite tectus,pulchro & phalerato equo insidens,quẽ undiq; cingebant ex utroq; regno Barones & domini pedites incedentes ad obsequium.

¶ Comitabatur huncregina soror eius Anna, aurea ueste & pulcherrima torque mirum immodũ multis gemmis & monilibus ornata, quæ in amplissimo curru deaurato ac ymaginibus exornato, octo equis candidis trahebaꝫ, quã multi etiam nobiles pedites cingebant undiq;. Inter quos erat marchio Georgius Brandenburgeñ. & Comes Petrus de Posing, qui de equis descenderant pedites.

¶ Tum rex Poloniæ Sigismundus purpuratus & serico pileo tectus pulchro equo uæhebatur, undiq; nobilioribus proceribus amictus,qui pedites circumdabant ipsum,uestibus & ornamentis splendidi.

¶ Postremo rex Hungariæ,pariter ut Cæsar, Lectica ferebatur,quæ ueluto rubeo nobilissimo erat cooperta,quẽadmodũ pueri qui hãc cũ equis gestabant, hæc nuper erat donata regi a Cæsare cum equis & instrumentis.

¶ Aderat hic ingens prelatoꝝ & proceꝝ caterua ex Hungaria Archiepiscopi & Presules, Cardinalis Thomas Strigonieñ. Archiepiscopus Colocen Gregorius. Quinq; ecclesiensis Georgius. Ladislaus Vaciensis. Michael Posnẽsis cũ Suffraganeis,Præpositis,& Archipresbyteris multis. Ex Polonia Mathias Vladislauieñ. Ioannes Posnanienſis. Petrus Premisliẽsis,cũ capitaneo,Cancellario,Thezaurario,palatinis & Veiuodis quos superius nomiaui,spectabilis & elegantissima caterua.

¶ Vndiq; strepitus & hinnitus equoꝝ audiebaꝫ, tubarum concentus,tympanoꝝ sonitus,Spectaculum sane dignum,

quod omnis mirabatur posteritas.
¶ Cæsar ut appropinquare uiderat Reges, misit cooperimentũ Lecticæ deponi quo palam ab omnibus uideretur & aperte omnes ꝓspiceret: data dextra Regibus & Reginæ perq̃ concinne inquit. Hæc est dies quã fecit dñs gaudeam⁹ exultemus & letemur in ea. Rex item Poloniæ respondit. Vtinam fœlix ac faustus sit ille noster ꝙuentus uniuersæ rei publicæ Christianæ. Paucula uerba in simile sententiã Rex Hungariæ proloquutus, quæ uix sine lachrymis efferre potuit. Ludouicus ut erat institutus ex equo sũma cũ reuerẽtia Cæsari dixit & tanq̃ patrem salutauit, nec auertere faciẽ a facie Cæsaris potuit, quasi aspectu nõ posset saturari. Regina in curru surrexit, nam altus erat, & obseruantiã in Cæsarem uerbis uultu & gestis ostendit.
¶ Fuerũt tũ nõnulla disputata ab iis qui inuitus ibant Viennam & aliqua mora facta est, donec Cæsar iuitatis principibus ac Regibus iussit secure secũ migrare Viennã. Rex aũt Poloniæ ut est sũmæ dexteritatis priceps suis & Hũgaris dixit, Sub ꝓfidentia Cæsaris, quẽ mihi multi grauissimũ hostẽ ꝓdixerunt, huc ueni, sub ꝓfidentia ipsum sequar Viẽnam, quisquis mihi ꝓfidit me sequat, siquis timet remaneat. Fratrẽq̃ cohortatus Regẽ Hungariæ ut tuto simul ueniret, qui alioquin Cæsarẽ semp amauit, incũctanter Viennam eundũ esse cõcluserunt. Cæsar intelligẽs tam ꝓmptã Regis Poloniæ in se uoluntatẽ, hic inquit rex me cõpellit ut qñq̃ uros siue bisontes amore eius in uenatiõe uideã.
¶ Dissoluta conuẽtiõ forte post horã cum media. Itum est ad uenationẽ capti aliquot cerui. Iterum ingens excitus est tubarũ clangor. Plures enĩ erãt tubicines, tot Regum principum ac præsulm.
¶ Ordinatũ est ut Rex Hũgariæ cũ liberis iret Trauttmãsdorff ubi priore nocte Cæsar decubuit. Cardinalis Strigoniensis ad sanctã Margarethã, cæteri episcopi ac ꝓceres ad Suadorff. Rex uero Poloniæ cũ suis decessit ad Entzesdorf Cæsar ad Laxendorff cũ Cardinali Gurceñ. Multa sunt castra & uillæ adiacẽtes, quæ familiares utriusq̃ regis capiebant, pars uero Viennam petebat ut hospicia disponeret. Erat dies ille calidissimus & amœnissimus, ꝓ huiuscemodi spectaculo apt⁹, licet mane pluuiã minaret nubecula q̃dã.

¶ Sequẽti die hoc est. xvii. Iulii Cæsar ex Laxendorff, uersus oppidulũ quoddã uenit cui nomẽ Schuechat, operiẽdo illic reges. Rex Poloniæ citius, tardi⁹ rex Hũgariæ uenerat
¶ Ingrediebant toto die Viennã currus quadrigæ & bigæ Hungaroꝝ & Polonoꝝ, uehebant multi in currib⁹ illis uelocibus, quibus nomẽ est patria lingua Kottschi, magnaq̃ oĩm fuit expectatio illius ingressus tot Regũ ac principũ. Sed ne oñi careret fœlicitate suborta est pluuia, q̃ paulati incepit & primũ tenuis, tota dehinc pœne die durauit.
¶ Ex urbe sunt obuiã egressi Cæsari & Regibus, Electissimi pedites mille quingẽti, quoꝝ magna pars rubeis uestibus decorata fuit, ex ciuibus & filiis Viennensiũ, quos ꝓcesserunt in equis sex Senatores armati. Hos urbs Viennensis, ante Cæsaris aduentũ diu in eius honorẽ ꝓordinauit. Post hos trecẽti alii pedites, quos Cæsar ex imperio huc ꝓmiserat fere omnes lanceati, pauci secures. Aliqui Bombardes manuales gestabãt, sed electissimi erant omnes & singulari ordine decori.
¶ Ad portã urbis usq̃ egressus est uniuersus cletus. Primũ quattuor ordines mendicantiũ. Canonici regulares apud sanctam Dorotheã. Monachi ordinis sancti Benedicti, qui oẽs reliquias sanctoꝝ deferebãt. Exinde parui scolastici ciuium Viennensiũ liberi in magna multitudine, singuli deferebant uexilla cum armis & insignibus, hii arma imperii aquilas, hii insignia Regis Hungariæ, hii insignia Poloniæ hii insignia Boemiæ. Illi arma Austriæ, illi Burgũdiæ, hos seq̃bant sacerdotes sæculares singuloꝝ tẽploꝝ urbis Viẽneñ.
¶ Tum immẽsa multitudo studentũ studii generalis Viennen. primũ scolares, post hac baccalaurei, dehĩc magistri, tũ doctores singularũ facultatũ Medicæ, Iuridicæ, ac Theologiæ. Postremo Rector uniuersitatis doctor Theologiæ Cristophorus Kulber.
¶ Egressa sunt etiã oĩm artificũ collegia, q̃ Zeche uulgo dicunt, singulæ cũ uexillis ac cereis q̃ numero sunt sexaginta circiter omnis generis artifices, qui uspiam in una ciuitate reperiri possunt. Fabri lignarii omnis generis. Fabri ferrei item omnis generis. Seratores, Fibulatores, Acufices, & qui ferrum ac cuprum, & qui aurum argentũq̃ fabricãt. Zetarii & qui pectines faciunt. Fullones, Pileatores, Pistores, Molitores, Piscatores, Lanii, Cerdones. Sutores, Sartores,

Phtigiones,Calceatores,Inſtitores,Vinitores triplici ordine,Calones.Aurige,Carbonarii,Pelliones,Venatores,Pānifices,Figuli,Opſonarii,Raſores,Rotarii,Mēſarii,Tornatores,Balneatores,Funifices, Chirothecarii,& qui peras ac marſupia ꝓſuunt,Fuſores,Gladiatores,Tinctores,Pictores Lapicide,& Lathomi,Muratores,Coriarii,Sufferratores,& id genus alii opifices qui latinis uocabulis uix exprimunt.
℄ Pluuia aūt effecit,ne oēs ordine pulchro ĩgrederent urbem.Nā qñq; inualuit & multos coegit relicta ſtatione ſua ingredi.Preterea interuenerāt currus qui iter alioꝝ impediebāt,tñ nihilominus poſt qntā horā ĩgreſſa eſt primū familia Card.Gurceñ. Deinde ducis Bauariæ Vilhelmi circiter centū ſexaginta bene armati.Poſt Huſſerones,tum tibicines,dehinc Caſimirus Marchio cū comite de Hennēberg ac ſuis familiaribus.Tum equites lanceati dñi Vilhelmi de Rogndorff,& familiares Leonardi Rauber Mareſcalci.Poſt hac familia Cæſaris Comites p̄nominati, de Montfort, de Schaunburg,de Manſfelt, de Veſterburg, de Hardeck, qui oēs ut ſupra ſcripſimus fuerūt elegātiſsime ornati ueſtib⁹, gēmis aureis torquibus & monilibus. Hos ſequebant nobiles utriuſq; Auſtriæ cum trecentis & quinquaginta equis. Et ioānes Iacobus de Landau cum nonaginta, ac Thomas Fuchs cum centum quinquaginta,& alii plures.
℄ Tum ingreſsi ſunt urbem Huſſerones cū equis tectis, & Moſchi ſagittarii cū ſuis tubicinibus ac Tattari,Poſt Hūgari cū ſuis uexillis ut ſcripſimus, Tum habitu Turcali quidā rubeis ueſtibus ueſtiti,familiaq; utriuſq; Regis ac Eꝑorum principūq; qui nūerari nō poterāt,ꝙ pluuia ordiné deſtruxit.Nūc em̄ Alemani,nūc Hungari,nūc Poloni, nūc Boemi nūc Moſchouitte & Tattari,ꝑmiſcue ingreſſi ſunt.Quāuis certe magn⁹ undiq; ornatus uiſus fuit.Multi pueri uiſi:qui brachia perlis onuſta geſſerūt.Multi Poloni habitu germanico ueſtiti,a nīis noſci nō potuerūt.Diuerſus poſt habit⁹ uiſus eſt,& magna caterua equitū regis Poloniæ, ſed imixti & Germani,qm̄ Ludouicus dux bauariæ cū ſuis adequitabat.Iterū Huſſerones Hungarici & tubicines hūgarici, poſt equi Cæſaris,&.xiii.illi pueri quos ſuperius ſcripſimus nigro ueluto ueſtiti.Leonardus Rauber Cæſaris Mareſcalc⁹ in equo cataphractato,quē pone ſequebant Archiep̄s Bremēſis.Ep̄us Patauiēſis,ep̄us Labacēſis,ep̄s Kyemēſis. Epiſcopi quoq; Hūgarici prædicti Colocēſis, Quinqecclesiēſis, Vaciēſis.Et Polonici Vladiſlauiēſis,Poſnaniēſis & Premiſlienſis.Ludouicus dux Bauariæ,& Vdalricus dux Virttēbergenſis.Subſequebant oratores ſummi pōtificis,Epiſcopus Veltrenſis,& regis Aragonū.Poſt duo miniſtri Cardinaliū, quos uulgo Macir appellamus,qui ſceptra hoꝝ deferebāt. Tum Cardinales Strigonieñ.& Gurceñ.ſimul in rubeo habitu cardinaliū,Strigoniēſem tanq̄ Legatū, de latere p̄cedebat quidā ſacerdos cū cruce argētea deaurata, undiq; cingebantur ambo ſuis parafrenariis & miniſtris.
℄ Hinc ante Reges,primores ꝑſiliarii ex utroq; regno,optime ornati,Tum Cæſaris Erhaldi cū tubicinibus optimis.
℄ Hos ſequebant duo Reges SIGISmundus Poloniæ a dextris,& LVDOuicus Hungariæ & Boemiæ a ſiniſtris, cincti baronibus & nobilibus qui pedites circa eos ambulabāt.
℄ Hinc Cæſar & Rex Hungariæ duabus lecticis ferebant, & multa nobilitas circa hos ambulabat optime tam ueſtibus q̄ monilibus ornata.
℄ Deinde ANNA filia Regis uehebat in pulcherrimo deaurato curru,in quo octo candidi equi incedebāt. A latere eius equitabat Marchio Georgius,& comes Petrus de Poſingen.Currū añcedebat d. Proteſila⁹ de Schmihau magr̄ domus cū fratre.Seq̄bat hūc alius currus deauratus, cū ſex niueis eqs.Et q̄ttuor alii currus in ſingulis q̄ttuor equi uni us coloris,repleti uirginib⁹ & matronis q̄ Reginæ ſeruier̄t
℄ Comitabant octuaginta equites bene ueſtiti in diuerſis coloribus uiridi croceo & fuſco familiares Marchionis Georgii,poſt quos multi currus,uarii equites ſine ordine, nā pluuia creuit & quiſq; hoſpiciū quærebat iam madidus,neceſſe ideo fuit ordinem interturbari.
℄ Quādo iam Cæſar cū Regibus attigit templū ſancti Stephani,p̄teriens arcū domus in qua quotannis ſolēt oſtēdi reliquiæ ſanctoꝝ.Stabat in ſūmitate huius Antiſtes Vienñ. Georgius, in habitu epali cū plæriſq; ſacerdotibus & dicēs quaſdā oīones, dedit bñdictionē Regibus & principibus. Capella aūt Cæſaris ꝑcinne cātabat ſuauiſsimis cōcentibus canticū illud,Te deū laudamus. Aſcenderunt itaq; ſimul ad arcē.Sed Rex Poloniæ declinauit ad ſiniſtrū & in hoſpiciū ſuū,inſignē domū quæ uulgo lepoꝝ domus dicit diuertit. Nam Rex Hūgariæ cū liberis recta uia ingreſſus eſt arcem.

Cæſar aũt per ortũ intrauit. Oibus em̃ uiribus Cæſar labo rauit ut ſummũ honoré regibus oſtẽderet, Nec illis unquã pepercit expenſis, ubiq; ſollicitus & circũſpectus.

℄ Durauit hic ingreſſus horis duabus & numerati ſunt equitum qui in ordine intrarũt, tria milia quingẽti, præter hos qui paſſim & ſparſim ingreſſi ſunt, qui plures fuerunt ſexingentis. Nimirũ pulcherrimus ingreſſus & raro uiſus, etiã in pluribus ſæculis, ſi nõ pluuia ordinem cõturbaſſet: & hanc ſolã fœlicitatem abſtuliſſet.

℄ Decimaoctaua Iulii quieuerũt: ſed Cæſar qui paruã quietem habuit, undiq; anxius & ſollicitus aptis ciſtis ſuis thezauros ſuos recognonit quos ꝓcioſiſſimos aduexerat. Regiq; Poloniæ. Regi LVdouico ac ANnæ ſorori, primũ nobiliſſimũ pannũ aureũ, hactenus raro uiſum, ſingulis ꝓ ueſte ampliſſima muneri mittit ut eodẽ habitu oẽs incederẽt.

℄ Decimanona, mane circiter octauã Reges ſimul cũ Cæſare in arce ꝙueniunt cũ ſuis ꝓſiliariis, & locatis tribus ſellis ornatiſſimis quib⁹ duo Reges, Cæſar uero in medio ſedit, LVDOuicus aũt a latere patrui regis Poloniæ. In feneſtra duo Cardinales, Tum Oratores ſummi põtificis ac Regis Aragonũ. Tum Archiep̃i & Epiſcopi utriuſq; Regis, deinceps proceres regni Hungariæ, Poloniæ, ac Boemiæ. A dextris principes & ꝓſiliarii Cæſaris, erãt oẽs plus centũ. Occurrebat mihi aſpectus, q̃lis olim Senatus Romanus ex centũ patribus fuit, Vbi factũ eſt ſilẽtium, Cæſar loqui incepit, & præter oĩum expectationé Reges ita cõmouit, ut eos ſibi maxime deuinciret. Gratias em̃ illis ampliſsimas egit q̃ tãtam morã tã paciẽter tuliſſent donec aduẽtaret. Licet hoc deo acceptũ referret qui uoluiſset eos tãdiu expectare quo ad cõuenirẽt, pro cõmuni uniuerſæ reipublicæ Chriſtianæ cõmodo & trãquillitate, deinde aduerſus impios turcos ꝓ ſumẽda expeditione prudẽtiſsimæ loquutus, de mõ & uia, & nõnulla alia, quæ nũc referre importunũ eſt. Tota autẽ fere hora loquæbaf, nõ tam honeſte q̃ prudẽtiſſime, oĩum in ſe ora atq; oculos conuertit, eoſq; ita demulſit, ut multi qui nõ boni Cæſariani fuerint, ſed ab eo multum alienati, iam ſe ſubmitterẽt palãq; faterenf: eam humanitatẽ, prudentiã ac dexteritatẽ nunq̃ in Cæſare ac tanto principe expectaſſe. Aperteq; Cæſarẽ extollebãt, ac eminẽtiſsime laudabant, nõ tam eius egregiæ res geſtas ſed ſingula dicta factaq;. Vbi perorauit Cardinalis Strigonieñ. utrũq; regem adiens, & ſimul Colocen̄. Item Quinqeccleſienſis ut ab eis, quid reſpondendũ foret, intelligerẽt. Ac mox de hinc Cardinalis Strigoniẽſis, amboꝝ regũ nomine reſpõdit elegãtiſsime, ut homo eſt raræ prudentiæ & doctrinæ. Iuſſus eſt hinc a Cæſare Cardinalis Gurceñ. ut uerba faceret, qui etiã elegãtiſsime diu loquutus corã Cæſare, Regibus, & uniuerſo Senatu, & reuera potuit hic Senatus cõparari centũ patribus Romanis, dum olim Roma floruit, tam honeſtus erat Senatoꝝ ac principũ aſpectus, dimiſſo Senatu quiſq; in ædes ſuas diuertit.

℄ Eodem die poſt cœnã hora ſexta facta eſt chorea in arce, iuſſit Cæſar ut ſinguli Reges quinquaginta tantũ ſecum afferrent uigintiquinq; ſpectatores, & totidem qui choreas ducerent, ne ex multitudine nimia fieret perturbatio, ſed Principes indiſcriminatim cũ ſuis irruebãt. Et maxima præter ſpem ꝙuenerat multitudo, licet omnes ianuæ diligentiſſimæ cuſtodirenf. Fuit autẽ hæc chorea inſtituta, ut dña MARIA Archiduciſſa Auſtriæ filia Regis PHILippi, & Cæſaris neptis, ſuſciperet Reges & dominã ANNAM, quos nõ dum uiderat. Vbi ergo Cæſar, Rex Hũgariæ & Poloniæ tribus ſellis cõſederant. Rex LVDOuicus, & ſoror dña ANna ſeorſum ſuas habuerũt ſedes. Tum ingreſſa eſt dña MAria præcedentibus principibus, ducibus Bauariæ, & aliis quotquot hic erãt comitibus & baronib⁹, & magiſtro curiæ ſuæ domino Georgio de Rottal, quã multæ nobiliſſimæ matronæ comitiſſæ, & baronũ uxores, cum multis uirginibus ſequebanf. Quæ poſtq̃ Regiã Cæſaris ubi eam operiebãtur intrauit. Nam extra arcem tum habitabat, in domo comitis Ciliæ, decoro motu flexis genibus, ut eſt morigeratiſsima, & a cunabulis recte inſtituta. Primũ Cæſarẽ auum, tum cæteros Reges, ac dominam ANNAM ſalutauit, locata illi ſedes erat prope Regem VLAdiſlaum a dextris. Ad quã acceſſit ſed non ſedit, donec Valthazar Mercklin Præpoſitus in Valdkirch nomine ſuo Reges & ſponſum ſuum benigniſsime exciperet, pulchra ac affabili comitate. Rex Poloniæ accerſito ſuo Vicecãcellario domino Petro Epiſcopo Premiſlienſi, illi mandauit, ut nomine fratris & nepotis LVDOuici ac ANNæ reſponderet, quod & factũ eſt,

Nã & is Petrus epũs uir haud ꝓtẽnendus,ſiue ex tpe oporteat loqui,ſiue ꝑmedietate,bonaꝝ lr̃aꝝ optimus patron⁹.
℄ Peractis ceremoniis poſt mutua colloqa Chorea eſt incepta,clãgentibus tubis & beneſonãtibus quas Cæſaris tubicines inflabãt.Primáq; choreã duxit Rex LVDouicus cũ ſorore ſua ANna,ꝓeuntibus duobus comitibus de Mãſfelt de Veſterburg ac duobus principibus Caſimiro & duce de Mechelburg cum q̃ttuor cereis, comitãtibus duobus magiſtris curiæ Protheſilao de Schmihau & Petro Carlaczki. Secundã choreã duxit dux Bauariæ Vilhelmus cũ dña MAria Cæſaris nepte,cui duo Comites ꝑibant de Hennẽberg, & Hardeck. Tertiã choreã iterũ Rex LVDouicus cũ mgĩa curiæ dñæ Reginæ MAriæ,dña Rottalerin uxore dñi Georgii de Rottal.Poſt cæteri dñi comites & barones choreas duxerũt.Et circiter.x.horã noctis qſq; domũ ſuã reuerſus é
℄ Duobus ſequẽtibus diebus,ꝓſultatũ eſt ſup negociis, ꝑ quibus cõuenerãt,& ſemp uſq; ad horã ſecunda poſt meridiem & lõgius ꝓtractũ eſt ꝓſiliũ,ut prandiũ conſiliarioꝝ & principũ fieret circa tertiã.Nobiliores uero in militia, interea ſeſe exercebant in paleſtra, Marchioq; Brandeburgẽſ. Georgius cũ haſtis cucurrebat cũ comite de Hennenberg, in arce Viennẽſi cum duobus aliis militibus.
℄ Vigeſimaſecũda die,q̃ erat diuæ Mariæ magdalenæ inſtitutus eſt dies ꝑ ꝓtrahẽdis ſpõſalibus inter pricipes & Reginulas,ideo uniuerſa nobilitas ſimul cũ regib⁹ ad arcẽ ꝓfluxerat ĩ obſeqũ q̃ſq; ut potuit exquiſitiſsĩe ornat⁹ nõ tã ueſtitu q̃ ꝓcioſis monilibus ac clinodiis ut dr̃. Cæſar cũ regib⁹ ac cõſiliariis,ſecretiora q̃dam tractauit in priuato,q̃ referre nõ eſt opepreciũ. Tũ accerſita ANna, eã corona aurea donauit,& capiti ſuo impoſuit,q̃ res ſenioré Regẽ VLAdiſlaũ ꝓuocauit in lachrimas,uiciſsim ipſa Cæſarẽ ꝓcioſiſſimo ſerto exornauit. Elegãtiſsimo igit̃ ordine Cæſar cũ Regibus Poloniæ & LVdouico in equis. Seniore uehẽte in lectica & Reginulis in curribus,ꝓcedente & comitãte nobiliũ caterua inſigni,poſt nonã horã deſcẽdit ad tẽplũ ſancti Stephani,q̃d erat elegãtiſsime ornatũ. Chorus auleis aureis & ſericeis ꝓtectus.In dextra ſtabãt Cæſar.Rex VLAdiſlaus.Rex SIGISmũdus,oẽs aureis ueſtibus ornati. Cæſar maxĩa torqui ex margaritis & lapidibus ꝓcioſiſsimis ꝓſpicuus oĩbus erat.In bireto monile ex adamãtibus ꝓcioſiſsimũ geſtabat æſtimabat̃ eius ornatus una milione auri. Poſt LVDouicũ ſtabat Orator regis Angliæ.Orator Archiducis Caroli Auſtriæ & Burgũdiæ.Dux Vilhelmus.Marchio Caſimir⁹. Dux de Mechelburg.Dux Vittenburgeñ.Orator ducis Ferrariæ & de hinc inſigniores ex regnicolis Hungariæ, Boemiæ & Poloniæ.In medio chori duo erãt pulpita aureis pãnis cõtecta,in quibus duæ Reginæ ſtabãt ANNA & MAria: circa quas a lateribus Orator regis Aragonũ, & Ludouicus dux Bauariæ.Marchio Georgius,& comes Petrus de Poſing cũ plæriſq; aliis nobilibus inſeruiebãt ANnæ.Pone ſtabat ingens multitudo matronaꝝ & uirginũ q̃ Reginis ſubſequebat̃ ſedula ad obſequiũ.A ſiniſtris locati erãt primũ Cardinalis Thomas Strigonieñ.Legatus aplicus. Card. Gurceñ. Matheus.Nũctius aplicus Epũs Veltrẽſis.Archiepũs Colocenſ Gregorius.Archiepũs Bremenſ Criſtophorus.Epũs quinq; eccleſiẽſis Georgius.Epũs Mathias Vladiſlauieñ.Epũs Olomucẽſis Staniſlaus.Epũs Ratiſponẽſis Ioãnes. Epũs Vaciẽſis Ladiſlaus.Epũs Poſnaniẽſis Ioãnes. Epũs Patauiẽſis Vigileus.Epũs Labacẽſis Criſtophorus.Epũs Premiſliẽſis Petrus.Epũs Boſneñ Michael.Eps Kyemẽſis Bertold⁹ cũ multis ꝑlatis & ꝓpoſitis.Epũs Vienneñ.celebrauit ſummũ officium quod cum ſumma reuerẽtia & amœniſſimis concentibus diuerſoꝝ muſicorum peragebat̃.
℄ Quotuſquiſq; eñ princeps eſt hodie in orbe noſtro, qui ſingularia ĩgenia muſicoꝝ ita ueneraꝫ & appciatr̃ ſicut Cæſar,ſub eo itaq; noua inſtrumenta muſices excogitata atq; inuenta ſunt,q̃ uetuſtas nõ habuit,ſæculũ noſtrũ nõ uidit, ſicut in diuerſis generibus fiſtulaꝝ patet. Et in illo ipſo inſtrumẽto qd̃ regale appellat̃ ſine fiſtulis & cordis ab anrifabro inuentũ,& in illo mirabiliori qd̃ nup Monachus excogitauit qd̃ fiſtulas nullas habet, ſed quaſdã ꝓcauitates in latũ lignũ exciſas,in modũ ſerpentũ ambulãtes,qd̃ ſonoꝝ admodũ ædit ꝓcentũ,& ex Rheno nup allatũ eſt inſtrumẽtum,qd̃ uoces auiũ repſentat.Quæ omia Paulus muſicoꝝ princeps,cũ illo ſimul qd̃ ipſe repperit ex cornibus apriſſime tãgebat,& ſimul cum cãtoribus diuerſis uocibus.
℄ Finito officio Richardus Peruſinus Reuerendiſſ. Cardi. Gurceñ. Capellan⁹ dicere incepit,ut eſt eloquẽtiſſimus,ſed ſtrepitu nobiliũ,qa audiri nõ potuit,in medio deſtitit.Hic etiã tribus libris quos ode poricon uocat hũc ꝓuentũ cele-

brauit.Interea imperator quodã secretiori loco Regalib⁹ amictus & coronatus ut Cæsar introiuit chorũ,Cui despõsata est dña ANNA p Reuerendiss.Cardinalẽ Strigoniẽsem per annuli subarrationẽ. Tũ LVDouicus rex,& dña MAria per eundẽ dñm Cardinalẽ copulati & piuncti sunt.

℔ Residẽte tũc Cæsare in solio maiestatis. A lateribus cingebaẽ tribus pfatis Regibus,quibus singulis nudus est datus ensis,ut milites insignirẽt,Accurrebat uniuersa nobilitas,inqua intermixti etiã fuerũt nõnulli noui hoies & plebei.Creati sunt tũ a Cæsare & tribus Regib⁹ plusq̃ ducenti milites siue equites aurati,ut uulgus loquiẽ.Quo perfecto ascẽdit Cardinalis Strigonieñ.ad summũ altare dãs benedictionẽ,cuius Suffraganeus sua & dñi Gurceñ. autoritate pnũciauit plenariã indulgentiã.Mox oẽs iflatæ sunt tubæ & mirabilis auditus est pcentus.Simul cãtores.Te deũ laudamus pnunciabãt.Et in orginis magister Paulus,q in uniuersa Germania secundũ nõ habet,respõdit. Vsq; in primã horã post meridiẽ durauit hæc festiuitas . Quisq; dehinc in suum hospiciũ diuertit ad sumendũ meridianũ cibum.

℔ Post prandiũ,ad spectaculũ hastiludii oẽs puenerunt , & Cæsar & Reges,Reginulæq; eadẽ habitatiõe pspectabant, cõcursum eoꝝ qui hastis luserũt.Erãt aũt primi. Comes Ioannes de Hardeck,& Dauid de Kneringen, dehinc Casimirus Marchio.& Ioannes Iacobus de Landau.post Georgius Marchio,& Adolphus de Bibrach.

℔ In principio noctis pueniunt omẽs Reges cũ Cæsare ad cœnã,quia nuptias hac nocte celebrabant, dñs Sigismũdus de Dietterichstain , & Barbara uirgo filia dñi Georgii de Rottal,parata erat cœna Regia innumeris dapib⁹. Collocabaẽ in principio tabulæ Rex Hũgariæ VLAdislaus, dehĩc spõsa Barbara. Tũ Cæsar,post dña ANna. Tũ Rex Poloniæ Tũ dña MAria,post rex LVdouicus,Tũ eius magistra curiæ Post Archiepũs Bremẽsis,tum Ratisponẽsis præsul,tũ cæteri duces sæpius noiati,quibus semp immiscebanẽ matrone & uirgines,tum utriusq; Regis pfiliarii , & familiares semp immixtis puellis.Durauit hæc cœna in horã decimã noctis splẽdidissima & opipera.Qua finita Cæsar & Reges in aliud descẽdentes palacium,chorcas duxerunt. Et hinc quisq; diuersorium suum peciit.

℔ Vigesimatertia Iulii, Cæsar Virginibus dñæ ANnæ plus sexingẽtis ulnis de ueluto & alterius generis serici pro uestibus muneri misit.Regi aũt Poloniæ duos equos cataphractatos,quoꝝ unus armatus erat usq; ad ungulas,quod a paucis alias est uisum,Quos cũ tãta gratitudine acceperat ut illũ totũ æneum equũ inspiciẽs,cũ animi iucũditate diceret,ipse sine interpte, Accipio hũc equũ gratissimo animo a Cæsarea Maiestate,in quo pmptus ero ad mandata illius qũ mea uti uoluerit opera.Et comparebo ubi uolet,donec hæc mihi uita supererit. Canthaꝝ deinde Argenteũ faberrime factũ,cuius labor equabat preciũ,& in quo admirabilis erat uenerãda uetustas donanit, Regi uero LVDouico equũ cataphractatũ & arma p corpore suo deaurata, & ingeniosissimæ fabrefacta,a paucis hactenus similia uisa.

℔ Vigesima quarta,ante prandiũ pfiliũ habebaẽ . Post prãdiuna Cæsar & Reges ad spectaculũ hastiludii pucnerũt,qd horis pene quattuor durauit.Rex Poloniæ ad suũ hospicium. Cæsar cũ aliis duobus Regibus & Reginulis ad arcem diuertit,& simul cœnã duxerũt lætissimã,qua finita, allata sunt numismata aurea & argentea ,magna pter solitũ,cum ymagine Cæsaris,q̃ Cæsar Regibus & Reginulis distptitus est & ad chartã ludere cœperũt. Sed Rex LVDouicus, dña ANna & MAria maiorem partem numismatũ abstulerũt. Cæsar nihil.Rex VLAdislaus parũ lucratus est,Fuerũt multa iocosa in hac cœna prolata.

℔ Vigesima quinta Iulii,institut⁹ est ludus militaris Torneamentũ uulgo diciẽ,Antiquitus ludus Troianus , simulachrũ ueri belli.Fuerunt in eo triginta duo in equis cataphractatis,toti ærei optime armati.In galeis cristati cũ suis insignibus,Cuilibet lancea & ensis erat,Primũ fuit pcursus cum lãceis,deinde abiectis hastis & clipeis , cõcurrebant cũ ensibus,sese mutuo uerberãtes,donec qui ad hoc ordinati erãt sectores,bellũ dirimebãt,Fiebat hoc in latissimo foro ppe templũ fratrũ Carmelitaꝝ,ubi quondã HENricus filius sancti LEOpoldi Marchionis Austriæ,Primus dux a Friderico Eneobarba impatore creatus,qui Cœnobiũ Scotorum Viennæ hic sepultus,fundauit Arcem & curiã habuit. Vnde & hodie adhuc locus ille curia appellaẽ. Circa hoc tẽplum extructũ erat Theatrũ tẽporariũ latissimũ , ad quod ascenderãt Cæsar,Reges & Reginulæ,duo Cardinales,Archiepiscopi & alii Prælati,cũ Principibus & Baronibus , cũ

magna & insigni nobilitate. E regione huius erat alia domus,in qua clipei & arma perduellionũ pendebant, & ubi tibicen triplici concentu ter cõcurrentes ꝓuocabat.Erhaldi quoq; hic,ꝓspectabãt,qui uictoriã & palmã merebanť.Erat locus hic quadratus & duplicibus palis circũuallatus,in medio stabãt armigeri & lãceati ciuiũ Viennensiũ mille quingenti,qui bene ornati ut superius scripsim⁹ hic excubabãt. Erat & tertia dom⁹ extructa,i qua uxores & filiæ ciuiũ hoc quoq; spectabãt spectaculũ, Nã oĩm domoꝝ adiacentiũ fenestræ nõ mõ repletæ erãt, sed tecta quoq; hoĩbus cooperiebanť, tam ingẽs hominũ frequẽtia hic aderat.Magna tũ undiq; habita diligẽtia & custodia ne qua seditio,ne ue tumultus aliquis,inter tot hoies,tam diuersas nationes,tam diuersas sectas exorireť.Prouiderũt hæc multo ante singulari prudẽtia Senatores Viennẽses,qui custodiam in portis urbis,nocturnas ac diurnas uigilias,in singulis turribus urbium,in Monasteriis ordinauerũt,& si forte incendiũ oriretur,artifices cũ instrumẽtis sufficiẽtissimis adhibuerunt. Ac in tumultu si forte excitareť,presto essent.Nihil itaq; iis oĩbus diebus aut publicæ aut priuatim ortũ est.Timebant oẽs incendiũ aut seditionẽ aliquã inter tam diuersas gẽtes quia hic Alemani,itali,Hispani,Franci,Hũgari,Poloni,Boemi,Moraui,Slesite,Moschi,Tartari,& Armeni,& Turci simul iuncti fuerũt,sed Deo optimo duce trãquilissime omnia peracta sunt.

℄ Durauit eñ hoc spectaculũ plus duabus horis, quo finito Cæsar in eodẽ Theatro multos milites in p̃sentia Regũ & principũ insigniuit,Lanceati aũt & armigeri ciuiũ Viennensium facta pulchra ordinatione, & circuitu in orbẽ de more suo abierunt.

℄ Fuerunt aũt hii in Torneaméto qui hoc pacto primum bini,& bini concurrerunt.Et tandem omnes simul uno impetu.

℄ Dux Vilhelmus Bauariæ,& Marchio Casimirus Brandeburgensis.

Dux de Mechelburg Albertus, & Georgius Marchio Brandeburgensis.

Comes Volfgangus de Montfort, & Comes Bertoldus de Hennenberg.

Dominus de Verona debuit ꝓcurrere cũ dño Ioãne comite de Hardeck.Sed nescio qua causa idem dñs fuit absens, ideo ei⁹ locũ succedebat dñs Leonardus de Liechtenstain qui bis concurrebat.

Dñs de Rapoldstain, & Sebastianus de Hohenfeld.

Dominus Hieronymus de Stauffen dñs in Ernfels,& Ioannes de Schuartzenperg.

Vdalricus Mareschalc⁹ de Vappenhaym,&.N.de Geroltzeck

Volfgangus de Schellmperg, & Sebastianus de Veittmul.

Caspar Vintzerer, & Sigismundus de Hesperg.

Albertus Pencker, &. N.Bellitzki.

Vilhelmus de Greis, & Georgius Kongel.

Valthazar Tanhauser, &.N.de Emerkhofen.

N.de Losinnstain,& Dorle Polonus.

N. Kietscher, & Volfgangus Grokuein.

Leonardus de Liechtenstain bis ut dixi cõgressus est duello,& Cristophorus Mindorffer.

Dominus de Dana.

℄ Inuitati sunt oẽs principes & Barones post cœnã ad choream.Ad quã facta cœna,uenerũt Reges & Principes cum uniuersa nobilitate.Erat curia arcis mũdata,& auleis pulchris exornata,tot cereis illuminabatur,ut tenebræ noctis uincereně cereis splẽdentibus. Sedebãt longa serie nobiliores matronæ & uirgines ex una parte. In alia Cæsar, tres Reges duæ Reginulæ,magnus principũ & nobiliũ nũerus Cæsar cum dña ANNA choreã duxit. LVDOuicus cũ dña MAria, post Rex item Poloniæ cum dña ANna. Post sunt serta & munera donata principib⁹ & nobilibus qui illo die in Torneaméto duellum fecerũt.Dehinc post aliquot choreas Cæsar ascendit cubiculũ.Reges aũt in quoddã palaciũ cum Reginulis,Principibus,& uirginibus, ubi parata erat Regalis collatio mellariis & fructibus, illic omnis generis potus & abundantia.Sic usq; in horam pene secundã post mediam noctem deductum erat illud conuiuiolũ, dehinc quisq; in suas ædes diuertit.

℄ Maturabant dehinc singuli suũ discessum, diu eñ uterq; Rex aberat a regno suo.Et Cæsar ab Heluetiis sollicitabať Sed nondũ cõscriptæ erãt litteræ cõtractus, biduum igitur hoc est.xxvii.&.xxviii.dies Iulii consumptũ est in scribẽdis litteris,& dandis uicissim muneribus, Sed ne Cæsar ullum humanitatis officium nemine sperante cum suis cõsiliariis

& aulicis descédit ad hospiciũ Regis Poloniæ, & ipm uisitauit. (Nam Rex Hungariæ erat secũ in arce) Et tũ ad ædes Cardinalis Strigonieñ. quẽ etiã sua ꝑsentia honorauit, ut est clæmẽtissimus & humanissimus princeps. Præterea cursus equoꝝ etiã factus est, habuit primus pulchrũ argenteũ deauratũ poculũ quod saberrime factum erat.

℄ Hinc Rex Poloniæ de nobilissimis pellibus Zobelinis honorauit Cæsarẽ, dehinc cæsaris ꝑsiliarios, & eos ꝑsertim qui hiis negociis interfuerũt. Cæsar uicissim largissima munera ordinauit utriusq; Regis ꝑsiliariis liberalissime de auro argẽto, poculis, uasis, oĩs generis, torquibus & sericeis uestibus. Iudico ego & puto me nõ falli Cæsarẽ in hac festiuitate expositse ꝑ impensis, nam utrũq; Regem suis alimentis liberalissime, cum liberis quoq; aluit, & munerib⁹, supra centũ quinq̃ginta milia nummũ, erogasse: tãta liberalitate usus est erga Reges & Principes & Consiliarios.

℄ Vigesima octaua die de nocte post cœnã hora pene septima ꝓueniũt Reges Cæsarẽ, (iam eũ de singulis erat ꝓdusum) & postq̃ tribus sellis locati erant. In quaꝝ medio Cæsar. In latere LVDOuicus, post duo Cardinales, dehinc cæteri principes & cõsiliarii residebãt. Cæsar ut est humanissimus alloquutus Reges suauissimis sermonibus, tandẽ iussit Cuspinianũ ꝓnunctiare, quod decreuisset Cuspinianus, debita inclinatiõe flexus ad latus Regum stans alta uoce, Latina & Germanica lingua, ut ab omnibus intelligereť in hanc formã proclamauit cunctis bene audientibus.

℄ DE mandato Sacratissimæ Cæsareæ Maiestatis, & Serenissimoꝝ VLAdislai & LVDOuici Hungariæ & Boemiæ, ac SIGISmũdi Poloniæ, Regũ. Notum sit uniuersis, ꝙ ad laudem oipotentis Dei, & gloriosæ uirginis Mariæ, & totius curiæ celestis, Necnon ad incrementũ & ꝓseruationẽ totius reipublicæ Christianæ, & ꝑcipuæ regnoꝝ, dominioꝝ, & subditorum suoꝝ, inter se inierũt, cõtractarunt, ꝓcluserunt, & cõfirmarunt, ueram syncerã & inuiolabilẽ atq; firmã concordiam, amicitiã, unionẽ, & intelligentiã cõfœderationis, perpetuo & indissolubiliter duraturã. Ad mutuã ꝓtectionem & defensionem cõtra eoꝝ hostes quoscũq;. Et ꝑsertim cõtra hostes infideles, & ad hostiũ suoꝝ futuroꝝ perniciem Et quo magis hæc unio, inter eos stabiliať ultra necessitudinem, ꝙ alias inter hæreditates eoꝝ intercedit, etiã nouã affinitatem & ꝓnubium inter se, & nepotes, & liberos eoꝝ contraxerunt. Quod fœlix faustumq; Maiestatibus præfatis Reginis & Dominiis eorum sit. AMEN.

℄ Vigesima nona Iulii, hora circiter nonã. Cæsar in equo cataphractato, ornatissimis armis a capite ad pedes tectus & ꝑciosissima torque ex unionibus & gẽmis, Cum LVDouico Rege iisdẽ armis & equo cataphractato ornatus, quibus a Cæsare donatus erat, cũ omni exercitu principũ, baronum, ac nobiliũ, urbem Viennã egressus, ad nouã ciuitatem perrexit, eodem pene ordine qui superius scriptus est, comitãtibus peditibus Viennensibus. Sed LVDOuicus Viennam repetit. Cæsar nouam ciuitatẽ ingressus est.

℄ Trigesima Iulii. Cuspinian⁹ munera Cæsarea quæ pridẽ Cæsar ordinauerat ex manibus Thezaurarii dñi Iacobi Villinger acceperat. Regis utriusq; Cõsiliariis detulit, ꝙ plurima ac precioſa erãt, ac singulis ut iussus erat distribuit.

℄ Vltima Iulii, tres Reges, duæ Reginulæ, duo Cardinales potiores ex Curia regis Poloniæ, Vniuersi uero Hũgari simul a Vienna ad nouam ciuitatẽ profecti sunt, & recepti in arce humanissime a Cæsare tractati.

℄ Prima Augusti, mane ante prandiũ, LVDOuicus, domina ANNA & MAria ingressi sunt uinariũ prope arcem, ubi innumeri hinnuli, cerui, damæq; alũtur, & sagittis iaculati dammã ac ceruam, patri suo Regi VLAdislao obtulerunt, quasi prædam a se captã. Post prandiũ uero Rex Poloniæ, & VLAdislaus egressi nouã ciuitatẽ, ad Cæsarẽ qui iuxta suam illos expectabat pulcherrimã uenationẽ ceruoꝝ illis exhibuit, ac ea finita illos ad nouã ciuitatẽ reduxit, ac ibi cœnauit. Post egressus in Egenfurt, ubi honoris causa pernoctare solebat, ut integrã arcem Regibus relinqueret.

℄ Secũda Augusti ingressus nouã ciuitatẽ Cæsar, facto ibi prandio, ad se cõuocauit utroscq; Reges seniores, & adhibitis duobus Cardinalibus, & pauciſsimis cõsiliariis tribus ꝓtinuis horis cum iis tractauit, ac post ualedixit, de hinc ad Gyneciũ descendens, LVDOuicũ amplexus optime ualere iussit, MAriã osculo, patrio more salutauit. Dominã ANnã brachiis amplexus deseruit, multisq; post se desideriũ reliquit. Dehinc cõscenso equo rediit in Ebenfurt, & sequẽtib⁹ diebus per Austriã uersus Lintzyum iter arripuit.

℄ Tertia Augusti Rex Poloniæ, Fratrem VLAdislaũ & ne-

potem LVDouicũ, ac duas Reginulas ualedixit. Poſt ſubſcriptas manu ſua, & fratris, ac ſigillatas litteras, Iterq; ad Viennã reſumpſit. Rex aũt VLAdiſlaus cũ maximo gemitu ac lachrymis filiã ANnã ſalutauit. Ortus eſt ingẽs utrobiq; eiulatus. Hinc pater, hinc filius, hinc filia, etiã aſtãtibus lachrymas excuſſerũt, coacti ſunt Cõſiliarii, ui patrẽ abducere, qui una cũ filio eo die adhuc Supproniũ cũ oñi ſua curia ꝓceſsit, Semproniũ iudico appellari debere, q; Romani illic duce Sempronio p̃ſidia habuerunt. Sed omnia ea loca nominibus corrupta. Hodie eñ Poſoniũ appellaſ, qd̃ Piſoniũ a piſone rectius uocabiſ. Et Scaurinũ hodie Iaurinũ, uoce nihili diciſ. Et Strigoniũ q; etiã teſte adhuc patria lingua Iſtroganũ uocabiſ, ſed de his alias. Nos ad noſtra redeamus. Rex aũt Poloniæ Viennã dehinc conceſsit.

¶ Volebat hinc Rex Poloniæ traiicere Danubiũ, ſed uiolentia aquæ pons ruptus, coactus eſt manere uſq; in ſextã Auguſti, qua die egreſſus eſt Rex comitãte Cardinale Gurcenſe, & cæteris ducib⁹ qui ſupererãt. Sed priori die hoc eſt quinta Auguſti Caſtrũ & arcem Viennẽſem ingreſſus eſt ad ſalutandũ & ualedicendũ ANnã & MAriã cũ quibus choreas duxit, & uniuerſa eius nobilitas. Mutuis dehinc amplexibus ſeſe ſalutarũt & ualedixerũt. Alteraq; die mane Viennam egreſſus eſt. Dehinc & Cardinalis & duces Cæſarem ſequuti ſunt.

¶ Sic ſumma cũ tráquillitate ſolutus eſt celeberrimus illæ Regũ ꝓuentus, ſine diſsidio, ſine rãcore, ſine tumultu, ſine ſeditione. Quod fœlix fauſtũq; ſit Deus optimus maximus largiaſ ſua gratia, ut rex LVDouicus ac Reginulæ ætatem ſortiantur debitã, qua numeroſam de ſe prolẽ relinquãt, & Cæſar hoſtes ſuos caſtiget, & unionẽ cũ oĩbus Chriſtianis principibus faciat, quo poſsit facilius ſumi expeditio cõtra immaniſsimos Turcos, & fidei Chriſtianæ p̃fidiſsimos hoſtes Amen.

AD LECTORES.

¶ HAbetis candidi Lectores, rem ut geſta eſt ſyncere & ſimpliciter ſcriptã, nõ affectate, aut tumide, nec phalerata oĩone, aut uerboꝝ aliquo lenocinio, ſed ut uicinus etiã intelligat, qui & numiſma noſcit, cui publica forma eſt atq; ideo neceſſe eſt in quottidianũ & uſitatum loquẽdi modũ, etiã uſq; ad barbariẽ quãdoq; deſcẽdere. Malui eñ rem aperte ꝓponere q̃ propoſitã a multis abſcõdere & uelare. Namq; haud uideo quã ratione res ille ſint nimiũ exornãdæ, quæ per ſe ſunt ornatiſsimæ & inſignes. Reuoluat aliquis multorum ſæculoꝝ annales, Chronica & hiſtorias, & dicat ſiq̃ uiderit ſimul ꝓgregatos Cæſarẽ Romanũ, Tres coronatos Reges, duas Reginulas, ac duos Cardinales, cum tot Principibus, Proceribus, ac Nobilibus, diuerſaꝝ Nationũ. Nunquid hoc pulchrũ Sympoſium & excellẽs? & apud poſteros memorandũ? Sed quod magis laudandũ eſt & admirandũ q; inter tot diuerſas Nationes & ſectas religionũ, nullus eſt ortus tumultus, nulla ſeditio, nullũ incendiũ. Ex magnatibus ac ꝓceribus nullus mortuus eſt. Cũ oñi fœlicitate coierũt, cum eadẽ ſeparati ſunt, & quod amiciſsimi, nullus rãcor interuenit, nullũ diſsidiũ. Fuerũt ab initio nõnullæ friuolæ ſuſpiciones, quæ ſublatæ ſunt, uiſa uera integritate & amicitia. Omniũ rerum copia, nullus defectus, nec impẽſæ difficiles, licet inundatio Danubii obſtitit, quo nõ oĩa fuerint lõge uberiora & copioſora. Hæc enĩ Auſtriæ pars, quæ trans danubiũ eſt & Marchiæ adiacet, unde & nomẽ habet horreum noſtrũ eſt. Sed quãquam ſola hæc fœlicitas nobis defuit q; crebræ erãt pluuiæ. Sperandũ eſt tamẽ Deũ optimum maximũ gratiã ſuam pluuia influxiſſe, ne altercatio aliqua ſuborireſ, Omnia acta ſunt fœliciter & tráquillæ nõ ſine ingẽti gaudio ac tripudio. Deus optimus Maximus faxit, ut is cõuentus exemplo ſit oĩbus Chriſtianis principibus quo redeãt in mutuã unionem, ac concordiã, ad extirpandũ fidei hoſtes, & ut religio Chriſti longius, latiuſq; per uniuerſas illas nuper inuẽtas regiones propageſ & extendatur, ac ſemen Mahumeti excindatur radicitus & euellaſ, ut uno ore omnes, laudes altiſsimi decantemus, per uniuerſum dicẽtes. Tu ſolus dñs. Tu ſolus altiſsimus Ieſu Chriſte. AMEN.

FINIS.

[Wien, Jo Singrenius]

BIBL. UNIW. WROCŁAW

¶Sum Regina auiũ-peto ſidera, tuta triſulco
Fulmine-& Arctoi-ſida miniſtra, Iouis

Ad magnificũ dñm Sigiſmũ

dũ de Erberſtain, Equitẽ Auratũ, Cõſilia
riũ & Oratorẽ Inuictiſſimi Max
imiliani Cęſaris ſemp Au
guſti, ad Sereniſſi
mũ Sigiſmũdũ
Polonie
Regẽ
&cẽ
& magnũ Moſchorũ
ducẽ.

Joannis Dantiſci Soteria,